



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. De privilegio celebrandi vel audiendi divina officia tempore interdicti generalis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

habeat ab Episcopo v. g. & Papa, ita ut si succumbat ex uno, ex altero se defendere possit (cùm nullus prohibeat pluribus defensionibus uti, juxta reg. 20. in 6. ex e. cum olim 14. b. t paret, neque enim impetrans secundum privilegium ceterum renuntiare priori privilegio, super eadem re obtento, sed potest uti tam priore, quam postiore, prout utile videbitur.

## SECTIO III.

De aliis privilegiis speci-  
libus, de quibus agitur in  
hoc titulo.

## §. I.

De privilegio immunitatis à sol-  
vendis decimis etiam novalium?

**D**E hujus §. I. materia latus aetum vide-  
tur in lib. 3. Decret. tit. 20. praesertim  
sec. 5. & 6.

## §. II.

De privilegio celebrandi vel au-  
diendi divina officia tempore inter-  
dicti generalis?

**Q**uid sit interdictum generale, infra  
in Tit. de sententia excommunicati-  
onis dicitur, ubi etiam, quid fieri pos-  
sit, vel non possit tempore interdicti  
generalis, explicabitur. Hic et tantum  
quaestio moveri potest, quomodo in-  
telligenda sit illa licentia, quæ nonnu-  
quam regularibus conceditur tempore  
interdicti talis, divina celebrare, & u-

tium etiam ad Episcopos extendi poli-  
privilegium concessum religiosis, ad  
divina celebraanda, interdiu generali  
tempore, cui unque questo respon-  
detur primò, licentiam illam, qui con-  
ceditur regularibus, ut si Ecclesia  
conquiritendo ad locum aliquem invi-  
etum perveniat, in eorum advenientiis  
in anno aperiantur Ecclesie, ubi etiam  
excommunicatis, & specialiter intendit,  
divina illis celebrate licet, in intel-  
ligendum esse, quod una tantum loci  
illius Ecclesia, & tempore anno, ad  
divina talia celebraanda, spicendi si  
quamvis enim textus in cap. expeditio  
24. §. illud etiam h. t. in pleno numero  
loquitur, aperiatur Ecclesia, utrum  
tamen explicat, quod hoc interdictum  
debet de omnibus Ecclesiis spicendi  
ne vilpendatur sententia interdicti, sed  
de una tantum Ecclesia in tali loco inno-  
dicti aperienda, & de aliqua causa de-  
pendi, in alio loco interdicto, qua  
explicatione supposita, ipm videtur quo-  
modo verificari, quod in pleniori  
numero dicunt iura, aperiatur Ec-  
clesie.

Respond. secundò, quamvis prohi-  
bia regularibus concessa ad spicendia  
extendenda non sint, cum per legem  
ab una persona, cui concessum est, ex-  
tendit non debet ad aliam personam  
dictum, quia tamen in pecunia huius  
interdicti materia, ipsa iura hanc excep-  
tionem faciunt cap. quod nouus dicitur  
ob favorem Pontificis officii, id est  
licebit eodem modo, cum ipsam relati-  
onibus, & limitationibus, divina ce-  
lebrare, talis interdicti tempore, quo  
littera

liceret hoc regularibus. Quod si tamen in loco aliquo interdictum tale in favorem aliquorum positum, non servetur ab illis, in quorum favorem interdictum hoc positum est, neque alij ejusdem loci servare illud tenentur cap. petris 20. h. 2. neque enim legem, quam quis servare negligit, aliis imponere debet, aut ab aliis exigere, quod à se ipso multò facilius exigere deberet.

## §. III.

## De privilegio sepultura Ecclesiastica tempore interdicti.

**C**oncessum esse hoc privilegium quibusdam regulatibus, ut qui eorum fraternitati sunt adscipti, & mutato habitu sacerulari, eorum ordinum oblati habeantur, vel qui omnia sua bona dederunt talibus regularibus, solo uluſtatu, dum vixerint, retento, possint interdicti tempore in Ecclesia interdicta sepeliri, si parochiani illius Ecclesiae sint, aut de jure communi in tali Ecclesia sepeliri debeant, neque sepulturam aiam, in loco v. g. non interdicto, sibi elegerint, modo non sint excommunicati, aut nominatum interdicti ex cap. ut privilegia 24. §. sanè h. 1. patet: cum his talibus, ob favorem religionis, cui se, & sua obtulerunt, speciale quid in tali casu merito concedatur.

## §. IV.

## De privilegio celebrandi in altari viatico. seu portatili.

**V**Sus altaris portatilis hodie fortasse communior est, quam jas commun-

ne concedat, cùm in ipsis etiam consecratis, aut divino cultui per Episcopum benedictis, aut designatis Ecclesiis altaris portatilis frequens sit usus; quid sit autem altare portatile, & quando consecrationem suam amittat, dictum in lib. 3. Decret. tit. 40. §. 4. Ex hoc tamen §. habetur, & ex cap. quoniam 12. h. 1. in 6. quod de jure communi usus altaris portatilis in ordine ad celebrandum in eo sacram, etiam extra Ecclesiam, sit concessus Episcopis, & qui his superiores sunt, ut vel ipsi in eo, ubivis locorum celebrent, vel celebrate coram se faciant, cùm enim hi tales frequenter à suis Ecclesiis, ratione negotiorum, totam Diocesin concernentium, abesse debeant, & non habeant facilem occasionem semper alibi in Ecclesiis celebrandi, decens autem sit, ut singulis diebus Missam vel celebrent, vel audiant, consequenter usus portatilis altaris concessus illis fuit, quo profuso libitu, ubicunque locorum fuerint, etiam extra suam diocesin, uti possunt. Hodie autem pluribus etiam aliis regularibus usus hic altaris portatilis concessus fuit, sine praedictio tamen iurium prochialium, uti patet ex cap. in his 30. h. 1. & ex specialibus privilegiis regularium, quae noverint illi, quibus haec privilegia concessa sunt: & cum liceatia ordinarii in privatis etiam oratoris, aut capellis usus altaris portatilis ad celebrandum conceditur, quamvis Trident. Sess 22, in Decreto de obſervan: & ericand. in celeb. Miss. multum hanc facultatem restringeret, si non omnino sustuleret, ut volunt aliqui.

## §. V.